

contraire¹⁾ temptaverint nostra ad obediendum auctoritate compellas. Data Laterani III Martis nonas.

14.

Papst Paschal II. verweist den Bischof Wido von Chur in Betreff eines Presbyter auf die göttliche Barmherzigkeit und befiehlt, demselben eine Busse aufzuerlegen. (1114) Juni 12. Tibur.

Pascalis episcopus servus servorum dei venerabili fratri W(idoni) Curiensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Quotiens humana fragilitate delinquitur, ad fontem pietatis et misericordię recurrendum est, per quem profecto eterne spem tenemus; habentes secundum David magnam a deo multis lacrimis misericordiam consecutam²⁾. Ad ipsum ergo et presbiterum hunc oportet recurrere, ut per eius gratiam salutem consequi mereatur, cui nimirum et penitentia iniungenda est quam diu in peregrinatione³⁾ hac vixerit et⁴⁾ omnipotentis dei misericordia postulanda. Data Tiberie II idus Iunii.

15.

Papst Paschal II. befiehlt dem Bischof Wido von Chur und den Constanzer Canonikern, einen Streit zwischen 2 Priestern zu entscheiden, oder ihm die Parteien mit den Acten nach Rom zuzusenden. (1114) Juni 10. Tibur.

Pascalis episcopus⁵⁾ servus servorum dei dilectis fratribus W(idoni) Curiensi episcopo, R. decano et ceteris⁶⁾ Constantiensis ecclesię canonicis salutem et apostolicam benedictionem.

Neque nostris literis respondistis, neque certum quid de causa, unde agitur, significastis. Cum et frater Adalbertus per sanctę recordationis episcopum G(ebehardum) restitutus officio iudicetur, et presentium lator ad ecclesiam, super qua querimonia est, per eundem episcopum accessisse, sed donec ab infamia purgaretur a sacerdotali suspensus officio asseratur, super his certam proferre sententiam nisi canonico ordine non valemus. Vos ergo, qui causam plenius nostis, negotium ipsum iuste et canonice diffinire curetis, aut oportuno tempore utramque partem ad nos cum instrumentis necessariis transmittatis, ut nec personarum absentia, nec rationum ambiguitas decisionem causę impediat. Data Tibure III idus Iunii.

16.

Papst Paschal II. befiehlt dem Bischof Wido von Chur, das Kloster Pfäfers gegen die Besitznahme des Bischofs Rudolf von Basel zu schützen. (1116) April 16. Lateran⁷⁾.

Pascalis episcopus⁸⁾ servus servorum dei venerabili fratri W(idoni) Curiensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

1) contrarie Hs. 2) consecutum Hs. 3) peregrione Hs. 4) et fehlt Hs. 5) episcopus fehlt Hs. 6) et ceteris fehlt Hs. vgl. den Titel in n. 17 dieser Sammlung. 7) Am 10. März 1114 bestätigt Hein-